

dum peccata, etiam reseruata. Ita docent Ca-  
jetanus in Summa ver. Confessio, conditio-  
ne. I. & Magister Soto in. 4. dist. 18. q. 2. art.  
3. & Ledesma 2. p. 4. q. 8. art. 2. ex sancto Tho-  
mas, & alijs communiter, ut dicit noster Ema-  
nuel. i. Tom. qq. Regu. q. 21. art. 5. Nam peni-  
tens de iure Diuino tenetur, quando fieri  
potest, Confessionem integrum facere. Nec ob-  
stat, quod postea tenetur iterum confiteri re-  
seruata habenti auctoritatem ad eorum re-  
missionem. Hoc enim per accidens est. Per  
se autem est, quod tenetur confiteri peccata  
Confessario habenti auctoritatem ad eorum  
remissionem, & ut supponitur, dicta reserua-  
ta. Confessario non habenti talē facultatem  
tant propalata. Vnde quando penitens Reli-  
giosus solum reseruata Confessario inferio-  
ri cœuelauerit, absolutio nulla erit ex defectu  
jurisdictionis, prout tenet Ledesma ubi su-  
pra, dub. 3. prop. 3. & Nauarrus. cap. 16. nu. 14.  
Aduentendum tamen, quod penitens abso-  
litus à Confessario inferiori directe à morta-  
libus, & indirecte à reseruatis, recipit unum  
versum Sacramentū. Et quando postea Superior  
aut alijs eius habens potestate, absolvit di-  
recte à reseruatis, est aliud distinctum Sacra-